Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dm punnisam regionem. Iudei autem contradicentes religiosas mulieres et
honestas et primos ciuitatis: et exitauerunt persecutionem in paulum et barna
bam. et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excutientes pulueres pedum in eos:
uenerunt iconium. Discipuli autem replebantur gaudio et spiritu sancto. S. luca.
Sabbato. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus
autem simonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans
super illam imperauit febri: et dimisit eam. Et continuo surgens: ministrabat
illis. Cum sol autem occidisset: omnes quotquot habebant infirmos uariis languori
bus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens. curabat eos.
Exibant autem et a multis demonia clamantia et dicentia: quia tu es
filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse xpm.
Facta autem die egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum et
uenerunt usque ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus
ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei.
Dixit illis. Vici ostium apertum in celo: In octa pentecostes. Johis. apli.
et uox prima quam audiui tanquam tube loquentis mecum dicens.
Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri post hec. Statim fui in spiritu.
Et ecce sedes posita erat in celo: et super sedem sedens. Et qui sedebat: simi
lis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini. Et iris erat in circuitu sedis:
similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia uiginti quatuor.
et super thronos. xxiiij. seniores sedentes circumamicti uestimentis albis: et
in capitibus eorum corone aurea. Et de throno procedunt fulgura et uoces et
tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum: qui sunt septem spiritus dei.
Et in conspectu sedis tanquam mare uitreum: simile christallo. Et in medio
sedis et in circuitu sedis quatuor animalia: plena oculis ante et retro.
Et animal primum simile leoni: et secundum animal simile uitulo: et tertium
animal habens faciem quasi hominis: et quartum animal simile aquile
uolanti. Et quatuor animalia singula habebant alas senas: et in cir
cuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte
dicentia. Sanctus. sanctus. sanctus. dominus deus omnipotens: qui erat et qui est et qui
ueniturus est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedi